que peccantes iudicant et inmensitudine lenitatis qua
penitentibus remittunt. Iudicium sustinebit auctoris
ne forte minus intellegendo ipsi celebs eius iudicium cernere nequi-
uerint. Et quattuor rotae per bases singulas et
axes aerei iiii partes quasi humeruli subter luterem fusiles
contra se inuicem respicientes. iiii rotae iiii sunt euangelio-
rum libri. Qui aptissime rotis comparantur. Quia sicut
uolubilitate rotae citissimo cursu quocumque ducitur cur-
rit. Ita sermo euangelicus iuuante domino per tempora totum uni-
uersaliter in breui mundi plagas impleuit. Sicut rotae super-
positum sibi currum a terra sublevat et sublatum
quo auriga dirigit portat, ita euangelica praedicatio men-
tes electorum a terrenis cupiditatibus in caelestia desideria
suspendit, assumptas ad profectum bonae operationis siue
administrationem praedicationis. Quocumque adiuuans gratia
spiritus uoluerit ducit. Neque in sequentibus dicitur quia tales erant
rotae, quales in curru fieri solent. Legimus autem de eius cur-
rus dei decem milium multiplex milia laetantium. Quid est
ergo quod rotae basium rotis assimilantur curruum nisi
gimus idemque sermo euangelii quos doctorum quos insti-
tuit currus dei quos decem bis completi facit quicumque
enim ad euangelizandum uerbum doctores longe lateque mit-
tebantur in mundo. Utique currus dei et quidem uelocissi-
mi fuerunt quia per cuncta discurrentes deum ad corda creden-
tium inducebant. At uero illi qui uno in loco commoran-
tes uerbum salutis proximis adnuntiant eosque ad lauacru